LVDOVICI POSTII I.V.C. PERVSINI,

IAM MACERATÆ, PICENIQVE Locumtenentis, & nunc illius Rotæ Auditoris, & Prætoris,

DE SVBHASTATIONE:

TRACTATVS NON SVPERFLVVS, ſed neceſſarius, & ad praxim aptatus, & ordinatus.

Iunctis ad materiam Deciſionibus Rotæ Romanæ vltra Centum alibi non impreſſis.

CVM INDICE RERVM AC MATERIARVM VBERRIMO.



BIBLIOTECA UNIVERSITARIA · SALAMANCA

GENEVÆ,

Sumptibus Samuelis Chouët.

M. DC. LII.

Eminentiſs. & Reuerendiſs. D.

IVLIO SACCHETTO

S. R. E. CARDINALI

Signaturæ, Iuſtitiæ Præfecto.

LVDOVICVS POSTIVS

Fœlicitatem.

QVI Procelloſo, atque infido ſe committit mari, Eminentiſſime Princeps, ſine benigni aſpectu ſyderis, næ ille vndis ludibrium debet, ac ventis. Hominum cœtum pelagum eſſe non fidum, ſapientum plerique dixere. Illum ingreditur, quiſquis ingenij ſui partus typis exponendo, fluctuanti mortalium iudicio ſe credit. Ne igitur opus hoc tanto periculo in ſui editione ſe ſubiiceret, ſub tuæ fulgore purpuræ in altum vela dabit, certum, quòd & aduerſantes inuidiæ ventos, & opertos ſimulationis ſcopulos, & difficilis cenſuræ Syrtes curſu proſpero ſuperabit. Quidni ſub tuæ patrocinio beneuolentiæ velificabit felicius, quando ſub tuæ rudimento diſciplinæ (cum penè adoleſcens eas te coram patrocinabar cauſas, quas incredibili doctrinæ, æquitate infracta, & communi Cauſidicorum plauſu diiudicabas) veluti inſtrumenta nautica parabar? DE SVBHASTATIONE inſcribitur; vel hoc ipſo titulo tui ſe ſubdit nominis patrocinio. Inſpice igitur obtutu benigno, qui ſecundo huius aſpectu ſyderis inter procellas, ac turbines tranquillitatem nacturum certò ſe ſperat. Vale. Maceratæ. Kalend. Iulij 1644.

Illuſtriſs. & Reuerendiſs. D.

EMILIO ALTERIO EPISCOPO CAMERINEN.

LVDOVICVS POSTIVS

Fœlicitatem.

PRODIT quoque ſub altera tui patrocinij, tuæque virtutis haſta meus DE SVBHASTATIONE *Liber, Illuſtriß. Alteri, quo aduerſantium incurſus felicius queat infringere. Morem ſecutus ſum, apud rerum Dominos Romanos olim viſitatum, qui gemina proferebant ſub haſta iudiciorum ſententias. Quicunque ingenij labores in lucem profert, literatorum omnium ſe ſubijcit iudicio. Patere igitur, humaniſſime Præſul, vt tuum quoque præſerat inſcriptum nomen liber hic, quò duplici ſub haſta protegente non tam ritè, quam tutò ſeuerum hoc, ac metuendum mundi iudicium ſubeat. Humanitas tua, quam mihi pridem Prouinciæ Marchiæ Præſes exhibuiſti, dum ciuilium cauſarum vſus es Arbitro; mox verò inter Maceratenſis, ac Picenæ Rotæ Iudices locus per tuas mihi manus conceſſus eſt, iſta inquam humanitas acceſſum ad te facilem præbet, ac promittit impoſterum tuæ beneuolentiæ patrocinium mihi, rebuſque meis ſemper affuturum. Vale. Maceratæ. Kal. Iulij 1644.*

INSPE-

LVDOVICI POSTII I. V. D. PERVSINI,

Tractatus

DE SVBHASTATIONE.

SVMMARIA.

1 *Subhaſtationis materia eſt practicabilis, frequens, & quotidiana.*
2 *Et vtilis, optima, notatu digna, & in praxi commendabilis.*
3 *Subhaſtatio affert commodum, emolumentum, bonum, & æquum.*
4 *Non eſt ſurda aure prætereunda, ſed altius inſigenda animo atque memoriæ.*
5 *Fuit antiquitus introducta.*
6 *Haſtæ veteres ſupponebant, quæ publicè vendebantur.*
7 *Origo vendendi ſub haſta.*
8 *Haſtam cur antiqui affigerent in venditione bonorum debitorum.*
9 *Pignora antiquitus ſub haſta præcipue vendebantur, cum inter duas haſtas iudicabatur.*
10 *Subhaſtare quid ſit.*
11 *Auctio idem eſt, quod ſubhaſtatio.*
12 *Haſtæ ſubiicere eſt vendere in auctione.*
13 *Haſta exponitur in auctionibus, venditionibus, & locationibus, quæ publicè fiunt.*
14 *Breue, ſeu decretum, mandans bona vendi, & auctioni ſubijci, intelligitur per viam ſubhaſtationis.*
15 *Haſta erat virga, quæ tradebatur, dum poteſtas dabatur alicuius mercis.*
16 *Dicitur ab haſto, quod haſtam ferri ſoleat.*
17 *Idem eſt, quod venditio; auctio, & incantus.*
18 *Haſta ponebatur in auctionibus.*
19 *Subhaſtatio vocatur ab haſta.*
20 *Vel ab haſtario, quod ſecundum Papiam locus eſt venditionis bonorum proſcriptorum, ſeu quæ venduntur in publica.*
21 *Venditio in incantu publico dicitur ſubhaſtatio. Amol. vt n. 12.*
23 *Haſterij qui ſint.*
24 *Subhaſtatio quid ſit.*
25 *Licitare qui dicantur.*
26 *Licitare eſt pretium ſæpe augere.*
27 *Licitantes, licitatores, & licitarij qui ſint.*
28 *Licitatio eſt pretij auctio.*
29 *Licitatio dicitur, quando emptor ſuper eo, quod venditur, facit augmentum.*
30 *Licitatio ſumitur pro ſubhaſtatione, & venditione propoſita, quæ pretio emenus augetur.*
31 *Venditio publica fit auctionibus, & licitationibus ſub haſta.*
32 *Licitationes, ſeu promiſſiones poſteriorum emptorum maius pretium offerentium ſunt adiectiones.*
33 *Auctionem vincere, ſeu ſuperare eſt maius in licitatione pretium offerre.*
34 *Subhaſtatio dici poteſt actio ab augendo per augumentum precij.*
35 *Bona, quæ ad haſtam venduntur vendi dicuntur etiam ad diſcurſum.*
36 *Subhaſtatio eſt, cum quid publicè venditur plus offerenti, & pretium creditoribus aſſignatur.*
37 *Res dicuntur ſubhaſtatæ, quæ ſub haſta venales propoſitæ ſunt.*
38 *Solenniter fieri dicitur venditio, quæ fit ſub haſta.*
39 *Præconibus proclamantibus fit venditio ſub haſta.*
40 *Pignora in cauſa iudicati diſtrahi ſolebant per Apparitores.*
41 *Præcones qui ſint.*
42 *Præconij inclamatio dicitur præconium.*
43 *Rem eſſe ſubhaſtatam, & præconizatam, idem ſunt.*
44 *Res, quæ publicè vendebantur, Præconis voci, & haſtæ ſubijciebantur, & licitatione vincenti addicebantur.*
45 *Haſta præconis, venditionis, emptio ab haſta, & quod bona haſtæ ſubijciebantur, & ad haſtam accedere, vnde dicta, & n. 46.*
47 *Addicere denotat actum venditoris, quando tradit.*
48 *Addictio dicitur traditio, quæ fit pluris licitanti.*
49 *Apparitores dicti ſunt ab apparendo.*

INDEX

PRÆSENTIS TRACTATVS SVBHASTATIONIS.

ABſens, & non comparens citandus eſt per contradictus, vel edictum, inſp. 23. nu. 17.

Abſens quoque poteſt proclamata ſcire, inſp. 29. nu. 61.

Abſenti creditur cum iuramento, quod proclamata ignorauit, inſp. 29. num. 64.

Abſurdum eſſet, vt, qui male, vel nimium obtuliſſet, vel vt merum gereret debitori, poſſet ſe liberare, alium non idoneum ſupponendo, inſp. 35. num. 212.

Abundans cautela nulliter etiam adhibita non nocet, inſp. 30. num. 66. & 67.

Accollatio non liberat debitorem, ſeu cenſus impoſitorem, inſp. 37. nu. 53.

Particularis debiti ſatis eſt in deliberatione ex creditorum conſenſu, d. inſp. 37. n. 50. & 51. Et pro ſolutione deſeruit. d. inſp. 3 . nu. 7. Ampl. etiam quod debitum accollatum, puta cenſus, delegatur extinctum, dum accollans ſit paratus ſoluere in pecunia d. inſp. 37. nu. 58. Decl. vt non ſufficiat ſola promiſſio de accollando, & quare, d. inſp. 37. num. 60. & ſeqq.

Acta Subhaſtationes facta in Caſtris, & loco non inſigni probari poſſunt etiam per teſtes, inſp. 67. num. 10.

Non ſunt neceſſaria pro ſuſtinenda deliberatione, vel adiudicatione, vbi probentur deperdita. d. inſp. 67. num. 60. Ampl. vt num. 63.

Præſumuntur ablata ab eo, cuius illa non reperiri intererat d. inſp. 67. num. 61.

Eorum perditio probatur, ſi appareat de diligentia facta in reperiendo proceſſu in alijs cauſa. d. inſp. 67. n. 2.

Sunt neceſſaria pro iuſtificanda deliberatione, vel adiudicatione per viam actionis, & ad obtinendam executionem, ſecus ſi per viam exceptionis, vel in antiquis. d. inſp. 67. nu. 48. & 49.

Actio pigneratitia contraria competit contra creditorem etiam Fiſcum, vt rem indebite venditam reſtituat. inſp. 58. num. 159.

Actis non exhibitis, & integris non poteſt nullitas ſententiæ allegari, & probari, ſeu ex illius capite dari de ſpolio, inſp. 58. num. 107. & 108.

Eis integris non inſpectis non poteſt dici conſtare de nullitate, vel iniuſtitia, nec eſſe ſublatam præſumptionem ſententiæ rectitudinis, & vititudinis. d. inſp. 58. num. 112.

Vide etiam in verb. Transportatio.

Actor, & reus quis ſit in ſubhaſtationis iudicio, inſp. 18. num. 22.

Actum quid non dicitur, dum aliquid ſupereſt agendum inſp. 18. nu. 25. inſp. 23. nu. 144. & inſp. 58. nu. 44.

Actus executionis, & expoſitionis ad haſtam ſeu incantationis non ſunt præiudicialia, & poſſunt reparari in vltimo actu deliberationis, vel adiudicationis, inſp. 21. num. 130.

Actus omnis in abſentia partis factus intimari debet intereſſe habenti. inſp. 23. num. 124.

Geſtus ex capite incongruo poteſt non ſuſtineri ex congruo. d. inſp. 23. num. 121.

Non dicitur perfectus, qui ſit partim factus, & partim non. d. inſp. 23. numero 245.

Inuolutiones inſtantis & vltimis verbis perficientur, inſp. 35. 15. num. 134.

Voluntarius dici non poteſt factus ab eo, qui cogi poterat, inſp. 44. nu. 24. Vide etiam in verb. Voluntaria, Voluntarium, Voluntas.

Non debet valere vltra intentionem agentium, inſp. 50. num. 10.

Nullus non impedit, quin fieri poſſit validus, inſp. 68 num. 4.

Nulliter factus habetur, ac ſi factus non ſit. inſp. 68. n. 8.

Addicere denotat actum venditoris, quando tradit, inſp. 1. num. 18.

Addictio dicitur traditio, quæ fit pluris licitanti. d. inſp. 1. numero 48.

In ſubhaſtationibus fit ſemel tantum. inſp. 35. nu. 64.

Addictione alicui facta bona fide, alius quantumuis plus offerens non auditur. inſp. 35. num. 59. Ampl. vt nu. 6. & ſeqq. Alias nullius eſſet licitationis finis, & addictio eſſet inanis, eluſoria, & nullius auctoritatis, dict. inſp. 35. num. 50.

Adjudicare idem eſt, quod applicare, inſp. 42. num. 18. Seu addicere. d. inſp. 42. nu. 19. Vel, iudicio peracto, rem controuerſam alteri, adiugere d. inſp. 42. num. 20. Et rei dominium alicui iudicio ſuo attribuere. d. inſp. 42. nu. 21.

Importat tranſlationem dominij, ſeu poſſeſſionis, vel quod res ſit loco pignoris, vel in cuſtodiam ſecundum ſubiectam materiam. d. inſp. 42. num. 21.

Aliquando exponitur pro iudicare ad ſe ſpectare d. inſp. 42. num. 28.

Adjudicare pignus, addicere, & in ſolutum dare quomodo diſtent d. inſp. 42. num. 22.

Adjudicari poſſunt bona abſque ſubhaſtatione, ſi ea ſint decocta, & conſentientibus omnibus creditoribus, vel eorum maiori parte, ſi non adſint creditores hypothecarij, inſp. 45. num. 57. Ampl. vt num. 58.

Adjudicatur pignus creditori, dum ei datur in ſolutum, inſp. 41. num. 14.

Adjudicatio eſt Iudicis ſeu in ſolutũ datio. inſp. 42. n. 42.

Proprie locum habet in iis, qui habent cauſam mixtam, hoc eſt in communibus iudicijs. d. inſp. 42. n. 27.

Et in diuiſione fit etiam vni ſoli, quando res commode diuidi non poteſt. d. inſp. 42. nu. 26.

Et facienda eſt ei, qui habet prædium vicinum. inſp. 56. num. 75.

Fit a Iudice iudicialiter, & datio in ſolutum a parte parti extraiudicialiter. d. inſp. 42. num. 19.

Et res & pignus addici dicitur creditori, quando ei iudicialiter in debitoris aſſignatur pro debito, nec quidquam plus creditor offert. d. inſp. 42. n. 33. & ſeqq.

Non eſt proprie datio in ſolutum, nec alienatio. d. inſp. 42. num. 36. & 37.

Non comprehenditur ſub Statuto loquente de datione in ſolutum. d. inſp. 42. num. 38.

Et datio in ſolutum differunt non ſe, & quare. d. inſp.

DECISIONES
SACRÆ ROTÆ ROMANÆ
quæ in Tractatu de Subhaſtatione
LVDOVICI POSTII
I.V.C. PERVSINI REFERVNTVR.

SARMIENTO.

Bononien. Subhaſtationis 5. Iulij 1563.

SVMMARIA.

1 *Adiudicatio bonorum debitoris fit creditori etiam inuito pro iuſto pretio æſtimando emptore non reperto, vel iuſto precio non offerente.*

2 *Solui poteſt aliud pro alio inuito creditore in caſu neceſſitatis emptore non reperto pro iuſto precio.*

3 *Precium iuſtum dicitur, ſi ſit iuxta communem æſtimationem.*

Deciſio I.

1 FVIT reſolutum per Dominos, quod, † ſi de bonis ſubhaſtandis non reperiatur emptor, vel, ſi reperiatur, non tamen offerat iuſtum precium, debeant dari d. bona inſolutum creditoribus etiam inuitis iuſto precio æſtimando, *l. 2. C. ſi in cauſ. iudic. Aff. dec. 358. nu. 5.*
2 *Caſtr. in l. ordo. C. de execut. rei iudic.* nam † vna res pro alia inuito creditore per debitorem ſolui poteſt in caſu neceſſitatis, ſi non reperiatur emptor, qui offerat iuſtum precium, *Iaſ. in l. 2. §. mutui dation. num. 1. ff. ſi cert. petat. Cappell. Toloſ. q. 6. Roland.*
3 *conſ. 32. n. 35. lib. 1.* & † iuſtum precium dicitur iuxta communem æſtimationem, *gloſ. mag. in l. 2. C. de reſcind. vendit.*

CARD. BLANCHETTO.

Romana Vineæ Veneris 24. Ianuarij 1586.

SVMMARIA.

1 *Fructus ſuos an faciat creditor, quando pignus æquiualet debito, & n. 9.*

2 *Manutenitionis petitio indicat voluntatem omittendi aliquid de iure ſuo.*

3 *Iudex mandans bona detineri per creditorem, donec, & quouſque fuerit ei ſatisfactum, non dicitur abſolute bona adiudicare, ita vt faciat fructus ſuos.*

4 *Clauſulæ, Detinen. donec, & quouſque &c. effectus.*

5 *Non præſumitur quis pro magno credito recuperare velle rem modici valoris, vbi limitatur.*

6 *Spolij in iudicio venit res, & fructuum recuperatio.*

7 *Quod quis voluerit rem inſolutum, quomodo colligatur.*

8 *Deliberatio eſt facienda plus offerenti, non autem creditori.*

Deciſio II.

DD. Quia vſus forenſis repugnat communi ſententiæ, quod, † quando pignus æquiualet debito, tunc creditor faciat fructus ſuos, 1
de qua per *Doct. in l. 2. § per ſeruum. il 2. de acq. poſſ. Negluſ. de pignor. p. memb. 5. par. n. 30.* & quia DD. non fuerunt concordes propter repugnantiam *l. fin. C. de iur. domin. impetr.* quæ eſt de directo contraria huic opinioni, cui legi nullus ex Doctoribus reſpondet, volunt videre, an ex circunſtantiis facti conſtet, Io. Petrum debitorem habuiſſe vineam pro derelicta, & vti talem fuiſſe acceptatam à Palauicino.

Dubium, An conſtet, vineam fuiſſe habitam pro derelicta in caſu, de quo agitur.